

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CCXLIX. Differentia 34. Qui infamis est, secundum leges potest fieri  
procurator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

## DIFFERENTIA 34:

Qui infamis est, secundum leges potest fieri procurator. §. vlt.

Instit. De exceptionibus. Secundum Canones vero non po-

test. c. Imperatorum. De iuram. calum. Galvan.

41. Decianus l. 2. c. 20. n. 14.

I. PROCURATORUM DUA GENERA SUNT, ALI-  
QUI IUDICIALES, DE QIBUS HIC AD MO-  
VENDAS INSTITUENDASQ; ACTIONES, & LITES  
EXEQUENDAS CONSTITUTI. 1.86 ff. De solut.  
ALIJ EXTRAIUDICIALES PRO NEGOTIJS, QIBUS  
VEL CERTA UNA RES, VEL GENERALITER UNIVERSA  
NEGOTIA ADMINISTRANDA COMMITTUNTUR. 1:  
13 ff. De part. Secundum antiquas leges  
OLIM PROCURATORIS IUDICIALIS MUNUS VILE  
CENSEBATUR, SICUT APPARITORUM, & EXECU-  
TORUM ADVOCATIONIS. Tholos. l. 49. c. 6. n. 6.  
Bronckhorst Centur. 14. asser. 95. ut mirari  
nemo debeat, si adid etiam infames ad-  
hiberentur. Hodie autem advo catis vix  
cedunt, imò in Camerâ spirensi præfe-  
runtur, teste Andr. Gaill. l. 1. obs. 43. PRÆ-  
SENS DIFFERENTIA Igitur antiqua tempora  
respicit, & in illis verificatur.

II. IUSTINIANI IMPERATORIS IN §. CIT-  
SANDIO EST. UT EXCEPTIONES CONTRA INFAMIA  
PROCURATORUM IN IUDICIJS CONQUI-  
ESCANT, NE DUM DE EIUSMODI TRICIS ALTER-  
CANTUR, IPSIUS NEGOTIJS DISCEPTATIO PROTELETUR.  
Vnde colligunt in diligendo procurato-  
rem bonæ, aut malæ famæ nullam  
esse rationem habendam, cum nemini

INFAMIA OBEST possit. Faber tamen in  
pradi. §. non de quavis infamia, sed levi-  
tantum arbitratur Imperatorem loqui  
lucta quam limitationem infames ex ad-  
ulterio, incestu, lenocinio, periurio no-  
torio, & similibus à procurandi munere  
excluduntur. Quod aequitati & rationi  
consentaneum videtur. Nec, ut bene  
Mynsing. quisquaro ita sensu communi  
destitutus est, ut adhibere sic notatos  
vellet. v. alcial. l. 1. De verb signif. n. 50.

III. QUOD CANONES ATTINET Eugeniu-  
papa in cit. c. pro causis monasterij tra-  
ctandis, praestando iuramento calumniae,  
alijque requisitis iubet economum  
constitui, id est Syndicum, seu procura-  
torem. c. Cūm simus. q. Q. 3. Item c. un. De  
syudi &c. iste economus auctoritate  
episcopi ordinari debet. l. Omnes. C. De  
episc. & cler. Requiritur autem ut sit  
bonæ famæ, & minimè suspectus. c.  
Quia episcopus. s. Q. 3. & c. 1. 3. Q. 7.  
v. Covar. l. pract. QQ c. 19.  
Silvestri. in v. Procurator.

\*\*\*

CCL.